

Fabri, Felix: Evagatorium in Terrae Sanctae, ..., ed. v. C.D. Hassler, Bd. 2, 1843, enthaltend fol. 183A–291B von Bd. 1 des Autographs (19 555-1) und fol. 2a–74a von Bd. 2 des Autographs (19 555-2)	zu Bild Nr. 0464
	0462
	0468
	0458
450	
nobis apparuit, S. Moyses insigne prodigium vidit, scilicet ignem rubum comburentem et ejus viriditatem et florem nul latenus depascentem et ejus ramos fructiferos nullo incendio devastantem, quamvis flamma velox et vehemens nimis esset.	0473
Stabat autem rubus mirabilis ille in loco, ubi nunc est oratorium Mariae ad Rubum in capite ecclesiae; unde cum hoc Moyses ammirans vidisset, dixit in se ipso: vadam et videobo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus. Et dum per districtum pergeret et rubo flammescenti appro pinquaret, exorsus est ei Dominus loqui, ut habetur Exodi III.	0513
Ab eo ergo loco post camelos et asinos contra monasterium properavimus et dum ad plateam, quae est ante fores monasterii venissemus, invenimus ibi sedentes multos Arabes more suo armatos, qui fame cogente de penetralibus deserti ascendunt ad monasterium pro frusto panis paximatii. Ad horum conspectum multum conturbati fuimus, timentes tribulari ante portas monasterii ab eis. Ascenderant etiam multi nobiscum, qui nobis in deviis deserti adhaeserant.	0413
Exoneravimus ergo bestias nostras et omnem supellectilem in unum cumulum congregavimus eumque circumstetimus, ne aliquid raperent praesentes raptore. Audientes autem fratres adventum et praesentiam nostram egressi sunt aliqui et bene suscepserunt nos et juverunt nos omnem supellectilem intus ad locum hospitum portare. In loco hospitum erant plures cellulæ omnino vacuae, et per istas divisimus nos per societas. Erat etiam juxta cellulas una capella Latinorum cum altari et ibi, quia nondum meridies transivit, (43 a) unus de peregrinis missam nobis legit, quam cum devotione audivimus. Post Missam ligna ad coquinam emimus a monachis et de provisione nostra, quam de terra sancta tuleramus, cibos coximus et manducavimus, deinde ad quiescendum nos locavimus et quiete finita in ecclesiam S. Catharinae virginis venimus ad ejus sepulchrum et oratorium S. Mariae ad Rubum et ad alia loca sancta transivimus, de quibus in ordinaria processione dicam. Et his peractis mansimus in monasterio in locis nec septa ejus egressi sumus illo die.	0563
	0363
	0963
	Ende
	Anfang